



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Irregularitas X. ex notorietate delicti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

IRREGULARITAS IX.

Ex delicto reiterandi Baptismum.

INCVRIT hanc clericus non presbyter solemniter baptizans. cap. 22. num. 7.

Incurrit qui scienter se facit rebaptizari, & qui etiam ignoranter alium rebaptizat: nisi ignorantia sit probabilis, aut saltem dubium probabile, aut rebaptizatio sub tali dubio facta est sub conditione. Atque ignorantia probabilis est, quando adhibita diligentia nequit sciri, an qui offertur est baptizatus, necne. Talis ignorantia quo ad natum inter Christianos solitos suos parvulos recens natos facere baptizari, non censembitur probabilis. cap. 27. nu. 246. Idem est de reiteratione aliorum Sacramentorum characterem imprimentium. num. 247.

IRREGULARITAS X.

Ex notorietate delicti.

INCVRIT hanc, criminis notorio, & depositione digno, notatus, sicuti adulterio, concubinatu, stupro, & aliis similibus, vel maioribus. Neque sufficit enormitas, si non adsit notorietas. cap. 27. num. 248.

Ff 2 Crimen

452 IRREGULARITAS X.

Crimen Sodomiæ occultum non inducit irregularitatem , secundum ius Antiquum. At secundum extrauag. Pij V. dicendum est.

I. Quod non inducit illam quoad laicos.
II. Quod comprehendit clericos tales; ipso iure.
III. Quod solùm comprehendit exercentem illud quasi ex vnu continuato; non tamen eum qui rarò illud commisit, & penituit. I V. Quod respicit utrumque forum, quia non fundatur super præsumptione. V. Quod comprehendit exercentem copulam Sodomitac tantum , & non aliam luxuriam contra naturam. VI. An sit receptum in foro interiori sicut in exteriori : quæstio est facti ad iurisconsultum non spectans.
VII. Quod quoad illos quos comprehendit, inducit depositionem, que non est irregularitas sed peior illa. num. 258.

IRREGULARITAS XI.

Quoad Dispensationem.

A **V**i confitetur potenti dispensare in irregularitate , procuret dispensationem, & quamvis postea recordetur irregularitatis , non tenetur petere dispensationem. cap. 26. num. 13.

Potest quis absolui à peccato , manendo irregularis. cap. 27. 191. 250.

Irregula